maxime reparat et confortat. vt di. In.
ca. de lapidibus p̄ciosis. Sunt autem vi-
ridia folia plāte et gramīa et cetera ter-
renāscētia ex dominio pt̄um terrestrū
um in quibus radicantur tanq̄ in mare-
ria. et ex virtute innea tanq̄ ex causa ef-
fectiua. que dissoluit terreā et subtiliat
et rarefacit. et sic attrahendo earum fu-
mos ad extrema. tingit herbe superficiem
tali colore non nigro nec rubeo sed viro-
re. nam nigredo temperat rubeit̄ di-
screpantiam claritatem. et claritas icorū
porata nigredini ipam reducit ad medi-
ocritatem. et dominio ergo partium ter-
restrū et ignearū viridis color gene-
ratur. Et q̄uis folia fructus et gramīa
virefcant. flores tamen virides raro vt
nunq̄ inueniunt. qd̄ accidit ppter sub-
tilitatem materie florum in qua si p̄do-
minantes partes fuerint aquee et aeree
erit color albus. Si vero aquee cū igne
is pualuerint erit color glaucus vel palli-
das aut citrinus. Si autem preabunda-
uerint ignee partes aereis erit color ro-
eus. et si preuallentes partes aquee cū
terrestribus erit color blaucus vel viola-
ceus. Si autem eque pualuerint partes
ignee cum terrestris possit quidem fi-
eri color viridis vel niger. sed talem cō-
mixturem subtilitas materie floris vel
rarefactio nō admittit. et ideo flores nō
virefcunt generaliter nec nigrescunt Est
ergo color viridis inter rubeit̄ me-
dius et nigredinē delectans visum et ad
sui aspectū oculoz attractiuus. acie visus
cōfortatiuus et repatiuus. vñ cerui et a-
niamalia agrestia alia loca virētia dili-
gunt et frequētant. nō tantū ppter pa-
stum. verū etiam ppter visum. et iō vca-
tores viridibus vestimētis semper se in-
duūt. qz ppter aspectū virozis quem be-
stie naturaliter diligūt minus venatoꝝ
insidias expauescūt. vt dicit Gal.

Capitulum XIX

De colore liuido

Color liuidus ex partibus aqueis et terrestribus predominantibus generatur. nam talis color in rebus habentibus humorem grossum et frigidum generatur. ut in violis et plumbis tamen naturaliter est albus quod superficialiter fit liuidum. unde ex eo fit cerula. ut dicitur comen. super. iij. meth. Unde color liuidus signum est frigiditatis dominantis. quia liuidus color in urina est signum extinctionis naturalis coloris et mortificationis aialis. sicut dicitur. Egidius. Membroz liuiditas monstrat humorem mortificatum. Signat enim multas alias passiones sicut ibi sequitur. Partus enutritus medius morbusque caducus. Alchites sinochus vena ruptura cataractis. Coste pulmonis vitium dolor articularis. Consumptiua pituitis vis extinctiua a coloris. sint tibi liuoris cause.

Capitu. XX

De colore liuido

Color ergo liuidus est malus in animalis corpibus. namque signat dominium frigoris calorem naturalem extinguentis et naturam mortificare incipientis. vel superabundantiam melancolicam sanguinis colorem omnino et cutis superficiem viciantis vel cordis angustiam. calorem sanguinis ad interiora reuocantis. ut in inuidis vel dolores casus siue concussionis sanguinem intercutaneum corrumpentis ut in suffragatis in quibus humor intercutaneus per malignam corruptus cuti infert corruptionem et infectionem. ut dicitur expositio super. i. ca. li. ysa. ibi vulnus luore etc. Ut signat spirituum et naturalis caloris defectionem et de paupertatem. ut in ydropicis et hinc et consumptis. ut dicitur. Egidius. Signat etiam dolorem articulare. Inam dolor arthriticus propter nervorum sensibilitatem in quibus radicalis magis est dolorosus propter quod confluunt spiritus et humores ad locum doloris propter quod alii humores remanent minus calidi et minus persequens colorati. Omnes autem causas liuiditatis enarrare non expedit in presenti opusculo. sed tange

re solum et ad memoriam redncere sufficit que a maioribus nostris copiosissime tractata. Raro autem nemini liuores signa re aliqđ boni nisi prius viride vel nigres opatione nature mutetur in liuidum. et de liuiditate in rubrum siue citrinum. nam tunc signum est quod natura contra morbum victoriam obtinet et triumphum. Unde Egidius. Liuidus prius si post rubrus videatur. Consurgit cerebri natura vigor reparatur.

Capitulum XXI

De colore indico

Color indicus siue venetus est color blavus liuiditatem excedens in pulchritudine et virore. plus habens aqueitatis et aereitatis admixtum cum partibus terrestribus et vitis quod liuidus. et talis color est celestis propter dominium aereitatis in superficie per spicua materie seque pure et transparentis ut in saphiris orientalibus et iacinctis. talis etiam color reperitur in lazurio. Sed de hoc quere supra tractatu de gemmis et de lapide lazuri.

Capitulum XXII

De nigredine

Nigredo est privatio albi in perspicuo. sicut amarum est privatio dulcedinis in humido. unde videtur quod albedo est prima origo coloris. sic dulcedo et principium saporis. ut dicitur. Aristotele. in li. de sens. et sens. Idem dicitur. Aristotele. li. xix. Color niger non est nisi privatio claritatis. Generatur autem nigredo ex luce pauca et obscura in perspicuo et obscuro et impuro incorporata. Et ideo nigredo est spiritus visibilis aggregatiua et eiusdem repressissima propter quod ledit visum et hebetat quantum minus est intensa. ut in diu. incarcerationis qui exeuntes de carcere parum vident. Fundatur autem nigredo quocumque in substantia humida et calida. quia caliditas dominans tenigrat substantiam humidam. ut est videre in lignis humidis et exustis. Quandoque in substantia sicca et frigida. quia frigiditas dominans subam tenigrat siccam et humidam facit albam. ut dicitur. Cui. Unde nigredo quocumque causatur a frigiditate. et signum

LibeR XIX

mortificationis. **Q**uoniam a caliditate. et tunc est signum adustionis. et ideo nigra vrina diuersa potest signare et aduersa sic dicitur. **E**gidius. quoniam enim signat solutionem quare tunc et sic pretendit sanitatem. aliquid signat adustionem et mortem ut in acuta febre.

Un **E**gidius dicit. Aligrior vrine facies incommoda febris. Quartane soluit: mortem pretendit et vrit. In febre fert mortem nigra fetida pauca pinguis et. Sunt quidam colores picture opibus congruentes. quorum quidam in venis terre nascuntur ut sinopis rubrica meliurimum auripigmentum et huiusmodi. Quidam arte componuntur.

Capitulum XXIII

De sinopi

Sinopis est color rubeus in ponto primitus ad inuentus iuxta sinopim ciuitatem a qua nomen accepit ut dicitur. **I**si. li. viij. Huius species tres sunt. prima rubra. et minus teneus. et inter has media. ut dicitur. **R**ubrica dicitur quare rubra. prima coloris sanguineo. ut dicitur idem. gignitur in pluribus locis. sed optima est in ponto. unde et pontica appellatur.

Capitulum XXIII

De sicco

Siccum pigmentum est unde fit color pheniceus. quo librorum capita scribuntur. Et colligitur in littoribus rubri maris in phenice. et inter ficticios. hic color reputatur eo quod fit aliquando ex sinopide et sandice sicut mixtis ut dicitur. **I**si.

Capitulum XXV

De minio

Minium est color rubeus cuius materiam greci apud ephesum primo inuenerunt. In hispania huiusmodi pigmentum per ceteris regionibus plus abundat. ut dicitur. **I**si.

Capitulum XXVI

De cinobrio

Cinobrium quod greci cinabarin dicitur a dracone et a barro elephante

te est vocatum. Sunt enim draconum esse sanguinem dum implicant elephantes. ruunt enim belue et dracones obruuntur quorum fusus cruor terram inficit. sicut pigmentum quicquid solum tingerit. est autem puluis coloris rubri ut dicitur. **I**si.

Capitulum XXVII

De prassino

Prassinum creta est viridis unde fit color viridis sicut porrum. crescit autem optima in lybia cyrenensi. ut dicitur. **I**si. Arisocana est vena prassini coloris sic dicta quod cum ea aurum dicitur inueniri. hec in armenia crescit sed probabilior est que crescit in macedonia. foeditur in metallis eris cuius inuentio argenti atque indicum perdit. Nam vena eius cum his habent nature societatem ut dicitur. **I**sidorus.

Capitulum XXVIII

De sandaracha

Sandaracha nascitur in topazion insula maris rubri. et est coloris cinobrii. sed odoris sulphurei. Inuenitur autem in metallis aureis et argenteis. et est tanto melior quanto rufior. et quanto plus sulphur olet. quibus et cerusa si in fornace torreatur in sandaracha conuertatur. cuius color est flameus. quod si torreatur equaliter cum rubrica sandicem reddit. ut dicitur. **I**si.

Capitulum XXIX

De arsenico

Arsenicum auripigmentum dicitur ob colorem auri. colligitur in ponto ex aurata materia quod in autem colorem transit purius est. et graues habet venas et quod pallidus est. per iudicatur. de hoc quere supra in tractatu de venis terre de auripigmento.

Capitulum XXX

De occa

Occa nascitur in topazion insula. unde venit et sandaracha. fit tamen quicquid ex occa adusta rubrica mollis oui luto circumlinito. que quibus

to magis in camino arserit tanto melior fit. ut dicit Irido.

Capitulum xxxi

De indico

Indicum in cannis indicis limo inficis inuenitur spuma adhaerente limo. Est autem coloris pulchri et aerei micturam purpure et cerulei mirabilem reddens. Est alterum genus in purpurarijs officinis spuma innatans quam confectores detrahunt et siccant. ut dicit Iridorus.

Capitulum xxxii

De atramento

Atramentum dicitur eo quod fit atrum cuius species necessaria est quotidiano vsui picture. et inter ficticios computatur. Fit enim ex fuligine multis modis super arduas tectas huic pictores cum aqua miscent gluten ut illustrius resplendeat. Quidam enim carbonem samentorum veterum tritos cum glutino addunt. alij fecem vini nigri extrahunt. multi etiam fit alijs modis ut dicit Irido. Cum atramento autem tempus incaustum acutur. Pater autem multas virtutes ut in plateatio. quere supra te venis terre libro. cv.

Capitulum xxxiii

De melino colore

Melinus color est candidus cuius materia inuenitur in melo insula que est vna de cycladibus. et non melinus est dicitur. ut dicit Irido. propter nimiam autem pinguedinem pictores eo non vtuntur. ut dicit Irido.

Capitulum xxxiiii

De stibio

Stibium est color ficticius vel factus ex cerusa et quibusdam alijs mixtis. cum quo mulieres facies suas sophisticant et colorant.

Capitulum xxxv

De cerusa

Cerusa et vapore fortis aceti tabulas plumbeas super fornica alba locatas profundentis generas quere supra te plumbum. Eodem modo fit es viride siue calcantum quod populus viride grecum vocat. s. ex vapore fortis aceti eneas laminas profundentis. nam ex aceto corumpitur eris superficies et conuertitur in eruginem et inde color viridis preceatur. Valet ad carnem mortuam corrodeda.

Capitulum xxxvi

De purpurea

Purpurea a puritate lucis est dicta. quia in his regionibus gignitur eius materia quas solis cursus illuminat. prius et illustrat. Sic color lacrimis sanguineis effluentibus a quibusdam cocleis ferro diuisis acuis et melioratur. ut dicit Irido. li. xix. in capitulo de tincturis. Sunt et alij colores multorum simplicis et compositi quibus vtuntur pictores et tinctores. sed iam dicti sunt meliores et nobiliores. et ideo nunc de eis sufficiat. De his omnibus tractat Phil. li. cxxv. ca. xiiij. vsque ad. cxxvij. Et Irido. li. xvij. et. xix. Dicuntur autem tinctores pannorum et lanarum ob nitorem gratiam coloratores. ut dicit Irido. li. xix. Pictores vero sunt imaginum et rerum similitudinum picture artificiosos expressores. Est autem pictura dicta quasi fictura. Est autem imago ficta non veritas. hec et figura dicitur quia quodam colore ficto est limba nihil habens fidei et veritatis. Unde et sunt quedam picture que contra veritatis studio coloris excedunt et fidem dum augere contendunt ad mendaciam perhibent sicut qui chimeram tricipitem pingunt. Picturam autem egyptij primitus adinuerunt vmbra hominis lineis circumducta. deinde simplicibus coloribus et post diuersis sicque paulatim ars ipsa se distinguit. et inuenit lumen et differentias colorum ac vmbas. Et nunc pictores prius quasdam lineas et vmbas future imaginis ducunt. deinde coloribus complent inueniente artis ordinem adhuc sequentes. ut dicit Irido. libro. xvij. i. cap. de picturis.

LibeR XIX

Capit. XXXVII

De odore

Post colores de odoribus est di-
cendū. Odor itaq; est fumosus
vapor a substantia rei resolutus q̄
mediante aere ad cerebrū attractat^r est
sensus olfactus immutatus. nam odor
immutat olfactum. quemadmodum co-
lor visum. vel sonus auditum. vel quem/
admodū sapor gustum. propriū. Propriū
enim est sensui a suis sensatis et obie-
ctis proprijs immutari. relectari in eis ac
p̄fici si fuerint mediū. contristari vero et
destrui si extremi. vt dicit in libro de sen-
et sen. Est itaq; odor rei. proprietas sensu
fumo medio p̄ceptibilis. Ad hoc autem
q̄ odor p̄ficiatur et informetur i organo
sensus quattuor ad minus requiruntur
sc̄z caliditas resoluens. materie subtili-
tas actioni caloris resoluentis. obediens
aerea puritas deferens. nerui vel cerebri
conformitas. vaporem resolutum natu-
re sensu p̄cipiendo admittens vel abhor-
rens. Calor igitur resoluens fum os va-
porabile causa odoris est efficiens. va-
por resolutus est materia obediens.
qualitas vero fumi resoluti aeri referen-
ti se incorporat et in suam similitudinē
ip̄m alterat et informat. informat^r vero
aer qualitate fumi neruo odorabili sub-
ito se applicat. et sibi incorporati fumosi
vapores similitudinem representat. cuius
complexioni si similis fuerit miro modo
cerebrū recreat et relectat. Si vero eō-
trario inficit et contristat. et ideo aroma-
tica que p̄portionem cōplexionalē ha-
bent et armoniam cum natura ip̄m repa-
rant atq; iuuant. fetida vero ex causa cō-
traria aggrauant et molestat. Calor ita-
q; resoluens odorem efficit. et contra-
rio frigus constringens odores impedit
et p̄scindit. qz mouendo ad centrum sub-
tiles substantie vapores p̄ aera se diffu-
dere non p̄mittit. p̄pter qd̄ nec sterquilu-
nia fetent in tempe hyemali sed potius
estiuali. Similiter substantie varietas
seu subtilitas obediens calori resoluen-
ti odorem causat. Contra vero grossici-
es materie odoris diffusioni obuiat et re-

pugnat vt; in la pide cui^r naturalis cō/
pactio et frigiditas sunt in causa q̄re ne-
q; redolet neq; fetet vt dicit Auicenna
Tertio aeris consistentia confert sensu-
biliter ad odorem nam si rarus fuerit et
subtilis defacili odoris materiam sc̄z fu-
mum vaporabilem recipit. sed p̄pter eius
euentationem et rarefactibilitatem p̄-
manere in se eius redolentiam lōgo tē-
pore non p̄mittit. Contra vero si den-
sus fuerit aer et cōp̄ssus vapores bonos
et malos tardius recipit. sed post eorum
imp̄sionem ip̄os euaporare ita defacili
non p̄mittit. vt dicit idem. Quarto or-
gani qualitas seu dispositio ad odoris iu-
dicium potissime operatur. si vero fuerit
neruus insensibilis in quo p̄cipitur olfa-
ctus vel male complexionatus vel lesus
casu aliquo seu corruptis humoribus op̄-
pilatus vel omnino p̄uertitur vel subtra-
hitur iudicium odoris. Primum patz in
melancolicis et alijs male complexiona-
tis qui loca fetida diligūt. odorifera ve-
ro et aromatica fugiunt. Secundum autē
patz in mutilatis qui neruos sensibiles et
odorabiles habent lesos. et ideo odores
non sentiunt. Tertium autem manifes-
tum est in poliposis et leprosis qui nari-
bus a viciosis humoribus op̄ilatis ster-
odoriferum et fetidum vic̄ discernunt.
Fumus igitur a rei substantia resolut^r
materia est odoris. vñ fm varietates fu-
mi odorum differentia variatur. Disti-
guit autem ysa. in diet. tres species fumi
Est enim fumus quietus et quasi null^r
motus in aere vt fumus a lapide resolu-
tus qui eius complexionē non declarat
positiue sed p̄ priuationē odoris et absē-
tiam ip̄m habere substantiam grossam et
frigidam manifestat. Est et alius fumus
habens velocem motum in aere. et hoc ac-
cidit ex calore resolvente substantiam.
que si fuerit valde pura et defecata. erit
odor valde aromaticus et suavis vt; in
mirro et musco et in ambra. Si vero fue-
rit substantia impura multis fecibus in-
termicta. erit odor malus et nature hor-
ribilis. Et hic odor diuiditur duplici-
ter in grauem sc̄z et fetentem grauis o-
dor ex calore adhuc naturaliter se hāte

in aliquo et iam corrumpi incipiente generatur. ut in piscibus diu reſeruatſi ſine ſale. **A**ſi tertio ſumus mediocriſi a calore mediocri reſolutus. et ille vel eſt pura ſubſtantia vel impura. ſi ex pura erit mediocriter aromaticus ut in pomis. vio-
lis et roſis. ſi autem fuerit ex ſubſtantia impura partem erit fetidus ut in aloë et abſinthio et ſulphure etc. **C**auſatur ita quod odor aromaticus a calore preſubtiliores et puriores reſolvente aere ipſum ſumos ad cerebrum deferente ſicut fetor vel grauitas ex eodem preſi groſſiores et corruptiores a rei ſubſtantia diſſolvente effectiue generatur. vnde per iſto effectum ex actione caloris conſequentem omne aromaticum calidum ab autotibus ſolet dici. multa autem ſunt ſubſtantialiter frigida ut eſt videre in aceto. camphora et roſa. que tamen ſentiuntur aromatica. et hoc fit propter ſubſtantie eorum puritates cuius partes ſubtiliores reſoluantur et diſſundunt in aere per calorem. **S**unt autem due odorum extremitates aromaticæ. ſcilicet et fetidus inter quos et ſi inueniatur odor recte medius et eque diſtans ab extremitatibus ſimiliter vel ſimiliter intellectu neque tamen actualiter percipitur ſimiliter ſum. vnde dicit yſa. in diet. **O**dozat non percipit mediocres odores. ſicut nec piſces percipiunt medios colores. **A**tque et piſces palpebris propter quod ſpiritus viſibilis continue diſpergitur vnde non ſufficit ad mediæ coloris perceptiõem. **D**e odorato quoque eadem eſt ratio. ut dicit idem. nates enim patule ſunt et continue diſpergitur ſpiritus odorabilis propter quod debilius effectus odoratus. et ideo medios odores minus capit nec eſt grauis odor recte medius inter aromaticum et fetentem quod grauis ſub fetido continetur. et non diſfert ab eo niſi quod magis remiſſus eſt. et fetidus amplius eſt et intenus. **S**ub eadem igitur ſpecie continentur ſicut albedo intenſa et remiſſa. et ideo ſi duo odores extremi. ſcilicet fetidus et aromaticus in eque proportione pariter miſceantur. non fiet vnus medius odor et eque diſtans in medio ſimiliter ſum. vnde aromaticum prius percipit ſenſus olfactus quod fetidum. quia

in aromatico delectatur. et fetidum reſi-
git et abominatur. **E**x quo patet quod non eſt
ficatur vnus odor medius de extremitatibus
ceptibilis ſimiliter ſum. ut dicit yſa. **A**utem
autem bonus odor citius penetrat ad ſpi-
ritum animatum quod malus. patet quod ſubſtan-
tiu boni odoris virtutem naturalis calo-
ris in ſe continet qui groſſiciem eius mu-
dificat et ſubtiliat ut leuitate ſui diſſolu-
ta ſtatu aeris valeat citius ad cerebrum
pertransire. **V**alidus vero odor non ſicque
in eius ſubiecto actio nature iam deſic-
vnde ſuſpicietas eius groſſa in eo rema-
net coagulata. et ideo difficilius potest cum
fumo diſſolui. nec ita cito penetrat ad
ſpiritum odorabilem qui in profundo ce-
rebrum ventriculo latitat vbi ſpualis et ſub-
tilis ſumus citius penetrat ſiue perforat
quod groſſus et terreſtris.

Capit. XXXVII

De effectu odorum

Circa effectus odorum diuerſe fu-
erunt poſitiones. **D**icebant enim
antiqui rerum naturas et ſub-
ſtantias ita cognoscere odore ſimpliciter
quemadmodum et ſapore. **D**ixerunt enim
res acetofas odore comprehendere. ſimiliter
et acutas. ſed fallerant. **I**d enim odorati
tui attribuebant quod erat tactus nullus
enim eſt ſenſus cui tactus non ſit anne-
rius. et ideo morſuras et puncturas non
percipit odoratus. ſed potius tactus qui o-
dorandi organo eſt admixtus. ſicut oculi
cluſus ſentit morſuram colligij non
viſu ſed tactu. **A**lij vero aſſerebant nullam
rerum noticiam poſſe haberi per odores.
videntes enim quafdam res frigiditas eſ-
ſe odoriferas ut roſas. quafdam vero cal-
lidas nullius eſſe odoris ut piper. putau-
uerunt res non poſſe diuinci aliquo aliter
per odores. **S**ed hi fallerantur. **B**onum itaque
quod odor ſit ſimpliciter vel ex calore tota-
li vel partiali. nam rerum alie ſunt ſim-
plices ſubſtantie. alie compoſite. **S**i res
eſt ſimplicis ſubſtantie et eſt odorifera
odor ille ſit ex odore totali quia tota rei
ſubſtantie eſt calida ut in muſco. **S**i ve-
ro compoſite eſt ſubſtantie et eſt odorife-
ra. odor ille ſit ex calore partiali. id eſt ex ea

Liber XIX

lore quorundam partium, nam quedam sunt ibi partes calide scz ignee que dissi- fufe p sufficiem tutorem inducunt 7 odo- rem. vnde si rose ponantur in aqua cali- da ignee ptes resolvunt et tuteus color apparet cum odore. Sed alij sunt quozus sententia approbatur qui dicunt rerum substantias cognosci p odores minus tñ q̄ p sapes. nam ad linguam dirigunt ser lacerti quibus multuz transfunditur te spiritu animali quo pfecte res gusta- ta potest complendi sed ad instrumentū odoratus non venit nisi vnus lacert rā- tum p quem parum te spiritu descendit qui non ita pfecte naturam potest comp- hendere. Preterea a re odoranda nō re- soluitur nisi quedam subtilis fumositas que admixta aeri cū ipa ad organū odo- ratus attrahitur. vnde 7 spūs p fumosi- tatem illam rerum naturas non discer- nunt ita bene. sed ad instrumentum gu- stus tota res gustanda intus et extra gu- stui substantia liter applicatur. 7 ideo te- re verius iudicatur p saporem q̄ p odo- rem. Recolligit itaq̄ ex p̄dictis p odor est rei pprietas siue qualitas pceptibi- lis odoratu. vt di. ysa. Nam a re odora- bili resoluitur quidam fumus p calorem qui tanq̄ quedam spūalitas admixtus aeri ipm inficit 7 immutat. et spūs ala- lis ibi existens intra naves in quibusdā carunculus ad modū vberū māmillarū ibi dependentibus ab eodē fumo imutat qui immutatus recurrit ad cerebrū 7 re- p̄sentat talem anime immutationē. Est itaq̄ odor sui obiecti manifestatiū. spi- ritus animalis immutatus. sui p̄p̄i p aera diffusiuus. ad interiora cerebri per flatum aeris vel attractū penetratiuus suo calore humorū consumptiuus. 7 flu- rus nociui restrictiuus. sua puritate spi- ritus repatiuus. sua virtute rebilitatis cordis confortatiuus. aeris in suam simi- litudinem conuersiuus. fetoris repul- siuus. et putredinis palliatiuus. relecta- tionis in sensu animalū sicut 7 hominū causatiuus. Nam p̄sces diligūt aroma- tica 7 fugiūt fetida. similiter et apes. vt dicit Aresto. sicut et formice sulphuris odore effugant sola venenosa aromati-

ca tetestantur. vnde serpentes odorē ru- t̄e abhorrent. horrares vinee florētis re- dolentiam non sustinent.

Capitulum XXXIX

De fetore
Fetor est ex re corrupta vapore re- solutus aerem inficiens contri- stans spūm animale et corru- pens. Nam sicut odor aromaticus odo- ratum reficit 7 relectat. sic fetidus spūm odorabilem inficit et contristat. Nam vt dicit ysaac. Fumus a re male complexi- onis resolutus animato spiritui est inco- ueniens. nam in subiecto fetidi odoris multi sunt humores corrupti eo q̄ natu- rales exierunt qualitates. et ideo cōple- xioni humani corporis repugnāt. vñ odo- ris horribilitas pretendit siue substantie corruptionem. que contingit aut propē innaturalem calorem. aut ppter corrup- tam humiditatem. Nam quando calor innaturalis humorū facit ebullitionem causa est putredinis et fetoris. horū nu- trimenta corruptam et pessimam putre- dinem in stomacho generant. ex qua re- soluitur pessima fumositas q̄ caput gra- uat. quando sola corruptio humiditatis est in causa tunc odor nō ferens sed gra- uis generatur. Et omnia calida talia p- pter odoris grauitatem mali sunt nutri- menti. minoris tamen sunt nocamenti. q̄ que fetide sunt putredinis. vt dicit Gal. Et hoc est videre in piscibus recen- tibus qui dum retinent naturalem calo- rem. odorem grauem habent. ablato au- tem naturali calore efficiunt iam ferens- tes. Quā vero pisces decoquunt p super- flue consumptionem 7 corrupte humidi- tatis per calorem grauitas odoris tollit et sic eorum substantia p decoctionē nō solum in odore melior efficitur. verum- etiam in sapore. Fetor ergo est corrupti- onis nature p̄testatiuus. defectus calo- ris naturalis ostensiuus. aeris infecti- uus. animalis spiritus corruptiuus. vo- mitus et nausce puocatiuus. doloris ca- pitis generatiuus. et totius complexi- onis distempatiuus. hororis et tristi- tie sensibus animalium inductiuus. ec

ideo fugiunt pisces sportulas fetidas et antiquas, recentes vero subintrant atque nouas, ut dicit Aresto. Similiter a pes abhorrent omne fetidum, ut dicitur. Ideo vulpes cuius fumus est valde fetidus foueam tari subintrat et eam defendans per fetorem de fouea tarum fugat ut dicit Plinius, et sic superat per fetorem quem vinee non poterat per virtutem. Est etiam fetor spirituum et nervorum infectiuus et ex naturali consistencia in innaturalem alteratiuus, ut in leprosis, quorum anhelitus fetidus sanos inficit et corrumpit. Est etiam fetor fetus animalium in utero extinctiuus, ut dicit Arestus, quod equasi sentit fetorem candele extincte facit abortiuus. Potest etiam fetor sic intendi quod erit mortis subite causatiuus, nam quedam est species serpentis cuius fetor subito interficit rem se odorantem, sicut basiliscus visum interficit se videntem, ut dicit Auicenna. Accidentaliter aliqui autem fetor inuadit, nam quedam sunt fetida medicamina, ut aloecaballinum et sulphur et asa fetida, et huiusmodi, que in multis causis conueniunt medicine, nam odoris sui grauitate humores putridos sive ad putredinem et fetorem dispositos ratione similitudinis attrahunt et extracos expellunt, nam natura abhorrens fetorem per medicine fetide presentiam irritatur, contra ipsam ideo recolligit se totam ut contra suam dimicet inimicam. Fetor itaque, id est fetida medicina occasionaliter est expulsio fetidorum et dum unum fetidum assumit aliud fetidum pariter cum ipso remouet. Similiter fetor lane vestis vel filtri combustis seu cornu caprini exusti naribus salubriter apponunt ut sopor hystericus excutitur, ut dicit Constantinus. Nam spiritus abhorrentes fetorem fugiunt ad interiora cerebri ubi est causa morbi et quorum concursu inuaditur natura contra morbum et ideo facilius digerit et dissoluit materiam apostematis que causa fuit false somnolentie et soporis, ut dicit idem. Eodem modo in causa matricis quando nimis eleuatur comprimendo spiritualia, et fetida naribus et aromatica partibus inferioribus vtiliter adhibentur. Nam

natura fugiens fetorem recurrit ad matricem et sentiendo odorem inferius illac tendit, et sic matricem ad locum de bitum secum ducit. Quamuis etiam odor odori non contrarietur, aliquis tamen fetor alicui fetori contrariatur, ut fetor sterquilini ex fetore alij effugatur, ubi etiam omnes fetent unius fetor minime sentitur quia vnus ab alio absorbetur. De rebus autem odoriferis quere super pra in tractatu, xvij, de herbis et speciebus et plantis.

Capitulum XL

De sapore

Sapor autem est sensatum gustus. Sicut enim color est obiectum visus, sic sapor est rei proprietatis iudicio animae se offerens per viam gustus. Sapor itaque est rei proprietatis solo gustu perceptibilis, hoc autem dico in principio quia alio modo iudicant de saporibus et saporibus principibus philosophi et alio modo medici. Sed de illa murmuratio est quod stionum nihil adpositum, quia illas solas saporum differentias et operationes causas hic inquirimus put sacre scripture conueniunt ad eliciendum ex vaporibus proprietatibus aliquos mysticos intellectus, nisi ad presens de alijs non curamus. Est ergo sapor proprium obiectum gustus et cuius presentia sensus in organo gustabili telecratur vel tristratur, et secundum ysaia, in diebus Saporum octo sunt differentie, scilicet dulcis, vinctuosus, salus, amarus, acutus, acetosus, ponticus, stipticus, additur etiam his insipidus, sic sunt nouem, sed abusiue dicitur sapor quod sapore caret. Pertinet autem quinque ad caliditatem et calidam complexionem, scilicet dulcis, vinctuosus, salus, amarus, acutus, relique frigide sunt complexionis, scilicet ponticus, stipticus, acetosus et insipidus. Duo autem sunt que faciunt saporem, scilicet complexio et substantia, et substantia est triplex, scilicet grossa subtilis et mediocris. Complexio itaque calida et blanda in secundo gradu cum grossa substantia facit saporem dulcem. Calida vero et humida in fine secundi gradus est subre

Liber. XIX

li substantia facit vinctuosum. et dicitur vinctuosum subtile quod transitum ad transitum. quod defacili transit in sumum. Patet autem a ctualem grossiciem ratione cuius est opulatum. sed potentialem habet subtilitatem in substantia ratione cuius est velociter transitivum. Complexio autem calida et sicca in fine secundi gradus cum mediocri substantia facit salium. calidum et siccum in tertio gradu cum grossa substantia facit amarum. Sed complexio calida et sicca in quarto gradu cum subtili substantia facit acutum. et ita super caliditatem fundantur quinque saporibus. Frigida autem et sicca complexio in tertio gradu cum grossa substantia facit ponticum qualis est in fructibus immaturis. Frigida quoque et sicca in secundo gradu cum mediocri substantia facit saporem stipticum. qualis est in rosas et in coctanis maturis. Frigida autem et sicca in secundo gradu cum substantia subtili facit saporem acerosum. Frigida vero complexio et humida in primo gradu cum mediocri substantia facit saporem inspidum. qualis est in albumine oui. Patet ergo quod tres saporibus sunt testimonia subtilis substantie. scilicet acutus. vinctuosus. et acerosus. et sunt tria testimonia grosse substantie scilicet ponticus. amarus. et dulcis. Similiter tres sunt saporibus testimonia substantie mediocris scilicet stipticus. salis et inspidus.

Capitulum. XLI

De pura dulcedine et eius effectu.

Dulcis itaque sapor generatur et temperata. caliditate et grossa substantia. unde dulcedo lingue apposita moderate aperit. moderate calefacit. moderate humectat unde grossicies substantie moderate subintrans poros apertos diu ibi manet. et ideo anima in tali temperantia gaudet. Unde plus delectatur natura in dulcedine quam in aliis saporibus. preterea nulla res est ita temperata et affinis humane complexionum equali sicut dulcedo. et

ideo humana complexio que est vicina temperantie equali in dulcedine sibi sibi non delectatur.

Capitulum XLII

De sapore dulci

Humidum autem saporem faciendum quattuor conveniunt elementa non tamen equali portione. ignis enim et aer superabundant. unde ex igne calor et ex aere humor innascitur. queduo scilicet calor et humor necessarii sunt ad cuiuslibet rei generationem. Calor autem temperatus agens in humorem ipsum calefacit dissolvit et deputat ab humore terrestri et substantia mollescitur. unde partes ignee et aeree augmentantur et humiditas inspissatur. et sic grossa substantia in qua fundatur dulcis sapor generatur. Unde dulcis sapor quando caret omni macula acuminis omnibus saporibus suavior erit. ut dicit philosophus. quia eius natura sanguini est vicina. et ideo letificat et mundificat. nocentibus gustibus humectat temperate sine labore nature. Est autem dulcedo aliquando pura quattuor qualitatum mediocriter contentiva. ut in zucara. aliquando est vitiositata et grossicies admixta. ut in dactylis. aliquando acumini coniuncta ut in melle. Prima dulcedo maxime conveniens est nature. sed aliquando accidentaliter nocet nature quando scilicet natura plus recipit quam digerere possit. et tunc solet esse causa alicuius opilationis. quia dulcium superfluitas in poris venarum immiscatur. Dulcia itaque mollescunt membra. lauant. colant et mundificant. parum naturaliter nutriunt. accidentaliter autem multum. Mollescunt quidem quia humiditas materiam mollem reddit. caliditas tempore solvit. unde materia que prius erat spissa. modo mollescitur. dissoluta abstrahitur et mundificatur. nutriunt autem parum naturaliter. quia dulcia grossa sunt in substantia et sua grossicie poros penetrare non possunt. et ora venarum opilat et cito satiatur. accidit tamen multum

nutriunt. qz dulcia humane nature siue
complectioni sunt similia et amica. et id
in magna quantitate assumuntur. et qz gros-
sa sunt in substantia calor agens in ea mul-
tum sanguinem generat et ille sanguis
multum nutrit. **Dulcedo** vero que visco-
sitati est admixta multum quidem nutrit
sed multa tamen nocumenta generat ac-
cidentaliter et inducit. ut dicit ysa. quia
talis dulcedo opilationem generat et pu-
tredini defacili appropinquat. inflatio-
nem et rugitum generat. febrem inter-
polatam facile commouet et suscitatur et co-
lericam inflationem commouet vel augmen-
tat. **Est** igitur dulcedo pura et per alicui
rei admixtionem non infecta inter saporum
differentias sensus maxime delectatiua
nature amica et ei potissime assimilati-
ua. reprobatorum in corpore facilius repa-
ratiua. virtutum et spirituum debili-
um maxime confortatiua. omnium mem-
brorum precipue nutritiua. **Dicitur** enim ysaac.
Proprius nutrimenti sapor dulcedo est.
In sua substantia aliquam habuerit vis-
cositatem. stabilis enim est in membris
unde non defacili est in membris disso-
lutionis receptiua nec nutriunt aliqua
que dulcedine non sunt mixta. vnde sa-
pores dulcedini contrarij propter contrari-
etatem quam habent ad humanam comple-
ctionem parui aut nullius sunt penitus nu-
trimenti. **Ex** commixtione tamen saporum
inter se contrariorum vnus bonus sapor me-
dius generatur in quo latet dulcedo
ratione cuius ille sapor medius nature
ueniens est corporis nutritiuus vtz in sal-
samentis. et etiam in pigmentis in quibus
contraria recipiunt. **Ante** partem quod dulce
do omnium saporum delectabilium est origo si-
cut albedo omnium colorum est principium. ut
dicitur in li. de sen. et sen. vbi dicitur nigre-
do est priuatio albi in perspicuo. sicut ama-
ritudo est priuatio dulcedinis in humido.
Dulcedo adhuc est spiritalium mem-
brorum amica quia ipsorum est lenitiua. et omnis
aspirantis mitigatiua. clarificatiua vocis
et arteriarum ab omni superfluo purgatiua
cannalium pulmonis et meatuum pectoris a-
peritiua. et omnium immundiciarum vitule et
gutturis absterfina. catarrhi et humoris

superflui circa spiritalia dissolutiua. et om-
nium organorum vitalis spiritus ad tebi-
tam consistentiam reductiua. omnis tumoris
squinantici repressiua. et suffocatis hu-
midi etiam in membris spiritalibus con-
sumptiua. **Sunt** autem quedam dulcia que
occasionaliter multorum malorum sunt corpo-
ri illatiua. sunt enim vinctuositas et in-
flationis generatiua. **Cum** enim maior
est ex calore dulcis resolutio quam sit humi-
di resoluti incorporatio vel saltem sum-
ptio. necesse est ibi fieri multi vaporis
fumosi generatiorem et sic loci ex vapore
distensio et per consequens inflatio dolor
et gurgulatio contingit. **Item** ex eadem
causa dulcia sunt appetitus debilitatiua
quia substantie sue grossicie cito sunt vacui
stomachi repletiua et meatuum oppilati-
ua. **Item** colere rubeae augmentatiua. nam
cum sint calida calidi humoris sunt exci-
tatiua. et ideo obsunt illis qui ex causa cali-
da et intensa patiuntur. **Item** putredinis
et corruptionis sunt inductiua. quoniam enim
superabundans calor superabundantes hu-
miditatem dissoluit. et consumere totum
vel digerere non sufficit corruptam mate-
riam derelinquit. **Item** splenis renum et
patis sunt oppilatiua. et hoc accidit quia sua
grossicie substantiali subtiles poros illa-
rum regionum obturant. vel quia partes
ille ratione dulcis plus desiderant quam di-
gerant vel consumant. et ideo ex superfluo
humore attracto et non digesto nec ali-
as euacuato ille partes merito oppilan-
tur. **Item** dulcia ratione predicta sunt cal-
culi generatiua tam in renibus quam in ves-
ica. nam quoniam ille partes ratione dulcedinis
sibi attrahunt humiores consules que subtili-
ora sunt vel cum vrina educuntur vel vi calo-
ris consumunt. vnde quoniam plus attrahit quam na-
ture sufficiat. oportet quod vel vi nature quod est
superfluum expellat. vel quod grossius est ibi re-
maneat. et eliquato humore calore defice-
cante induratur. et precedente tempe pau-
latim putrificatur et iduricie lapidis con-
mutatur ut expressit dicit ysa. **Item** etiam
de causis matricis occurrunt. **Ex** predictis
partibus quod dulcia nature sunt vitia. alij ve-
ro sunt que videntur esse dulcia. et tamen
sunt mortifera et nociua.

Lib. XIX

Capitulū XLIII

De sapore vinctuoso

Sapor vinctuosus generatur ex calido et humido in subtili substantia. et ideo vinctuositas appositae linque magis aperit et dissoluit et subtilis substantia magis subintrat. et quod caliditas eius parum remouet a temperamento animalis ipsius dulcedinem potest accipere et in ea maxime congaudere. Ad vinctuosum autem saporem efficiendum plus de igne quam alijs elementis conuenit. et post de aere. Maior igitur actio caloris in humidum agens magis dissoluit et tepurat. unde aquose partes et terrestres minorantur et ignee cum aereis augmentantur et inde sapor gignitur vinctuosus. Sunt autem vinctuosa cibaria appetitus debilitata et fastidij inducunt quia accepta in stomacho resoluuntur in fumositatem cum aere sint substantie que petit superiora replendo os stomachi et inducit fastidium et diminuit appetitum. Item vinctuosa sunt supenata natura. leuitate enim sua eleuantur ad superiora. cum valde sint fumosa. Item digestionis sunt impeditiua quod vinctuositate sua villos stomachi replent et leniunt unde cibi assumpti cum non possint decoqui crudi et indigesti emittuntur vinctuositate enim sua inuiscant cibos et lubrificat. et ideo emittuntur ante quam digerantur. Item parum sunt nutritiua. quod ora venatum cito replent et parum de eis assumitur. et quod assumitur propter sue substantie subtilitatem cito consumitur. Item caloris sunt inflammatiua. ignis enim non nutritur nisi aere mediante. vinctuosa vero cito in aeream substantiam transeunt. unde illa vinctuosa que habent maiorem aquositate minus pertinent ad naturam aeris. et etiam minus bene nutriunt ignem ut in ancungia porcina que minus nutrit ignem quam ouina. quod minus habet aereitatis in sua compositione et plus aquositate quam ouina. Item febrilis caloris sunt nutritiua et ideo carnes phibentur in febre acuta. quod timetur vinctuositas intermixta qua calor febrilis irritatur. Item splenis et epatis sunt opilatiua

propter sui grossiciem actualem. nam propter suam dulcedinem cito attrahuntur et sua grossicie poro defacili opulant. Item coloris capitis sunt excitatiua. nam ex fumorum multitudine repletur caput. et miringe cerebri distendunt. Item membrorum spiritalium sunt lenitiua. ut in burito. Tamen quedam vinctuosa nocent pectori propter annexam siccitatem ut oleum nucum. quod talia non habent puram vinctuositates. Item color exterior sunt nutritiua et duricie mollitiua. apostematum maturatiua. et saniei generatiua. humiditate enim sua saniem generant quod per ea plus dissoluitur quam consumatur. ex calore enim debili et humiditate multa fit sanies et corruptio.

Capitulū XLIII

De sapore falso

Falsus sapor fit ex caliditate et siccitate in substantia mediocri unde caliditas cum siccitate cum sit remota a temperantia multos aperit poros quia siccitas iuncta calori magis laxat. iuncta vero frigiditati magis constringit et ideo eius substantia multum subintrat poros. et quia magna fit disgregatio partium et multa substantie subintratio animalis in ipsius presentia non gaudet. imo potius ipsum horret. Ad falsum autem saporem quatuor conueniunt elementa quaedam tamen proportione non equali. dominantur enim ignis et terra. mediocriter tamen ex moderato igne fit moderatus calor. et ex moderata terra fit moderata siccitas. Ex moderato autem calore moderata fit ebullitio et excoctio humiditatis. unde aquose et aeree partes dissoluantur in igneas mediocriter et ex moderata siccitate moderate substantia desiccatur. et ita remanet substantia mediocri. Unde falsus sapor habet fieri ex moderato dominio caliditatis et siccitatis in substantia mediocri. Habet autem falsa mundificatiua quod sumpta interius calore suo et siccitate humiditate dissoluit. falsedine autem et nitrositate sua stomachum et testina mordificat et sic mordificata mouetur dissoluta humiditas emittatur sic fit mundificatiua

tio. Item dure carnis sunt mollificati /
 ua. nam sua caliditate et siccitate super /
 suam humiditatem compactam resol /
 uunt et relaxant. et sic mollificant. Item
 substantie molles sunt induratiua. nam
 sua caliditate et siccitate super suam humi /
 ditatem consumunt. et sic partes aereas plus
 compingunt. Item substantie rei sunt re /
 puratiua et per consequens conseruatiua.
 nam salsa in quantum humiditas dissol /
 uunt tantum consumunt. et ideo putredo a
 liquo casu generata calore et siccitate sal /
 sedinis consumitur et annihilatur. Habz in
 super salsedo multum terrestretatis. ut di /
 citur in die. ratione cuius carnes indurat
 et minus reddit aptas corruptioni ut di /
 citur ibidem. Item scabiei et exterioris
 suffusionis cutis et corporis sunt ablatiua
 et hoc consumendo humores superfluos
 tam superficiales quam intercutaneos et cuti /
 tem a superfluis abstergendo. Item tunc /
 raris ydopici sunt repressiua et hoc ex ra /
 tione supradicta quia desiccant et consumunt
 omnia in talibus locis aggregata. Item
 morsus canis rabidi et aliorum venenorum
 sunt curatiua et totius venenositatis ex /
 tractiua. unde prodest cito lauare talia
 vulnera in aqua salsa. quia maliciam extra /
 hit et venenum ut dicitur idem. Item caro
 multum salsa ad temperamentum optimum
 reuocatur si in aqua salsa ponatur. nec salsedo
 a talibus melius extrahitur quam ex ear /
 massa prius aliquo tempore in salsa aqua
 temperetur. et hoc puto accidere ratione huius /
 tudinis cum aqua salsa que ratione calo /
 ris accidentalis et naturalis in ipsa do /
 minantis attrahit sibi simile quod inue /
 nit in substantia carnis salse. Item sal in
 igne induratur. in aqua vero dissoluitur
 et annihilatur. nec mirum quia si congelati /
 o et induratio facta est per siccitatem oportet
 ut salis dissolutio fiat per humidita /
 tatem. sicut patet in sepe in quo fit indura /
 tio et congelatio per frigiditatem. et ideo
 non est mirum si fiat resolutio per calidi /
 tatem. De his quere supra in li. vii. de ve /
 nis terre in ca. de sale.

Capitulum XLV

De sapore amaro

Sapor amarus fit ex caliditate in
 tertio gradu. et siccitate ut secun /
 do gradu in grossa substantia. vnde
 caliditas cum siccitate multum subintrat
 multum disiungit. vnde instrumentum
 leditur et fit sapor amarus abominabi /
 lis gustui et contrarius ad cuius composi /
 tionem quattuor elementa conueniunt
 proportione quadam. sed magis inequali
 ibi enim ignis et terra dominantur. sed
 plus est ibi terra quam ignis. An de ma /
 iori dominio caloris magna fit ebullitio
 vnde aquee et aeree partes magis dis /
 soluuntur in igneas et terrestres conden /
 santur. sed quia mediocre est dominium sic /
 citatis non attenuatur. et ita substantia
 remanet grossa in qua ex actione caloris
 et siccitatis fundatur amaritudo. Omnia
 autem amara contristant gustum ma /
 gis quam aliqua alia que habent simplices
 sapores. quia maxime faciunt continuitatis
 solutionem in lingua. licet autem a /
 mara habeant minorem caliditatem quam
 acuta. maiorem tamen faciunt. solutio /
 nem continuitatis propter sue substantie
 grossitatem que se interponit et comprimit
 maioris efficiet lesionem. Item
 amara sunt colere purgatiua. vel quia co /
 lere sunt similia in complexionem. vel quia
 colera cum sit porosa permittit amara su /
 os poros subintrare et dividendo partes
 a partibus eam faciunt fluxibilem et co /
 leram liquefactam sic educunt. Item ama /
 ra sunt appetitus excitatiua quia colera
 educunt que tanquam res leuis solet colli /
 gi circa officium stomachi et appetitum
 debilitare. Ad hoc etiam facit amarorum
 grossitudo quia comprimit cibaria in fi /
 dum stomachi et sic superiora inanitate ci /
 bum petunt. Item amara splenis et pa /
 tis sunt expulsiua. nam calore suo po /
 ros aperunt. et humores dissolunt et
 grossicie sua comprimendo humores re /
 solutos educunt. Item amara sunt con /
 traria vermicibus et lumbricorum interfecti /
 ua. nec mirum. quia vermes illi de flegmate
 corrupto accidunt. de flegmateque vi /
 uunt. et ideo colerica et amara eis aduen /
 santur. quia colera flegmati contraria est.
 Item spiritualibus membris sunt nocua et tunc

Lib. XIX

perasperitate substantie q̄ p̄ intensam sic
citatem eorundem sunt exasperatiua. Itē
amara in exterioribus sunt cōseruatiua
si enim distem p̄nt̄ cum aliquo liquido
habent illa tria que sunt necessaria ad cō
seruatiōem. tantum enim cōsumunt q̄/
cum dissoluit. et subintrant in p̄fundū
acumine et calore suo grossam etiam ha
bent substantiam ex qua rem iuuat et fa
ciunt eam minus passibile. Item frigi
de arterie et paralisis sunt curatiua dis
soluendo materia; et cōsumendo. Item
frigide scabiei sunt desiccatiua. Itē mea
tuum renum et vesice sunt aptiua et calu
li dissolutiua. matricis confortatiua et
menstrualis sup̄fluitatis puocatiua et
ductiua. et ad multa alia sunt magis ne
cessaria q̄ dulcia q̄ uis gustui sunt no
ticia.

Capitulum XLVI

De sapore acuto

Apor acutus fit ex caliditate et
siccitate existente in quarto gra
du cum substantia subtili vñ fit
poroz nimia apertio et p̄tium segregatiō
et q̄ substantia eius est subtilis multū
penetrat et subintrat vnde organum gu
stus suo acumine incendit. ad cuius p̄fe
ctiōem quattuor elementa cōueniūt sed
non equaliter q̄ plus concurret de igne
et de terra q̄ de alijs. et ideo p̄pter domi
nium ignis acuta sunt et valde calida et
a terra valde sicca. Et maximo aut̄ vñ
caloris maxima fit ebullitiō et resolutio
aerearii p̄tium et aquearum in igneas
vnde ignee p̄tes acūtur et ex nimia siccī
tate substantia desiccatur. attenuatur et
subtrahitur. et ita fit acutus sapor ex ma
gno dominio calidi et sicci in substantia te
nui et subtili. Sunt aut̄ acuta corrosiua
q̄ valde sunt calida et sicca et fit dissolu
tiō magna. et substantia subtilis et acu
ta subintrans p̄tes a p̄tibus disgregat
ita fit corrosio. It̄ acuta sūt incisua et dis
solutiua q̄ r̄ q̄litate et subā dissoluit et se
parant p̄tem a parte et p̄funde intrant
et ideo dissolunt et incidunt. Itēz viri
tutis appetitiue sunt confortatiua q̄ me
broz cōsumunt sup̄fluitatem. vnde p̄til

ināntis fit ratione vacui appetit̄. mox
dicant etiam nervos sensibiles et p̄gūit
acumine suo. et sic pungendo excitant ap
petitum. Itēz patum sunt nutritiua q̄
ex nimia caliditate et siccitate potius fit
adustio q̄ digestio. et ideo dant modicū
nutrimentum. Preterea subtilis sunt
substantie et ideo defacili consumuntur
et a membris cito dilabuntur. Insuper
nature sunt contraria ex sua complexio
ne et ideo quia abominabilia sunt non
appetit ea natura sed potius abhorret et
repellit.

Capitulum XLVII

De sapore acetoso

Apor acetosus fit ex frigiditate
et siccitate existente in gradu se
cundo cū substantia subtili. vñ
de acetosum lingue appositum qualita
tibus constringit. substantia penetrat. et
ita ex duobus cōtrarijs actionibus fit
sapor acetosus. ad cuius completionem
quattuor elementa conueniunt quadā
portione sed non equali. Est autem ibi
dominium aque et terre mediocriter et ex
mediocritomino aque est ibi frigiditas
mediocriter. et ex mediocritomino terre
mediocriter siccitas generatur. ex frigidī
tate autem reprimitur calor qui repres
sus modicam facit ebullitiōem. Cū igne
aut̄ partes et aereas resoluūt defacili et cō
sumit tanq̄ subtiliores. terrestres autē
et aquosas dissoluit. Sed p̄ sui parui
tate eas consumere non potest. Cū par
tes ille subtrahuntur sed non consumun
tur. et ita frigiditas et siccitas dominan
tur cum subtili substantia et sapor gigni
tur acetosus acetosa puocant appetitū.
quia ex frigiditate et siccitate motum ha
bent ad centrum. Unde comprimuntur
cibaria ad fundum et sic os stomachi et
uacuant. qui sentiens suam inanitiōem
cibum appetit. Nam desiderium compo
sita est opatio ex appetitiua virtute na
turali et animali sensibili. Item soluit
ventrem plenum et constipant in anitū
Nam subtilitas substantie acetose inue
niēs mltā humiditatē i stomacho incidit

eam et subtiliat. et sic eum facit ad fluxum et euaaiationem. Sed quoniam stomachus est vacuus quam inueniunt humiditatem quam acetosa desiccant siccitate et ostriunt frigiditate. Item opilatioes splenis et epatis aperunt. quoniam non qualitate sed substantie subtilitate humores in poris aperunt incidunt et dissoluunt. Item acetosa spiritalibus obsunt frigiditate coartante et siccitate exasperante. Item posita in exterioribus calidos humores reperiunt. Unde tibi instate ex retentione menstruorum vel emorroidarum in calido acetolote defacili retumescunt. de hoc quere supra in tractatu de acetoso li. cxiij. ubi tractatur de vitibus et de vino.

Capitulum XLVIII

De sapore pontico

Ponticus sapor fit ex frigiditate et siccitate existente in tertio gradu cum grossa substantia. unde ponticum appositum lingue costringit substantia intrans poros partes condensat et ita accurrit sapor qui ponticus appellatur. Ad ponticum saporem perficiendum quatuor elementa conveniunt cum maiori tamen inaequalitate quoniam dominantur aqua terra ignis et aer substantia. Ex forti autem dominio aquae fortis fit frigiditas et ex terra multa siccitas. ideo non potest ibi fieri perfecta transmutatio cum ibi sit defectus caloris et humoris. unde cum frigiditas et siccitas ibi habeant dominium necesse est ut substantia remaneat grossa ex dominio frigiditatis et siccitatis. Valeret autem ponticus sapor si primum ut dicitur ysa. quoniam ponticitas coniuncta cum sapore delectante magis delectat. et cum tristate magis contristat. cuius ratio haec est quoniam ponticitas admixta rei dulci et vinctuosa si ingrediat poros. facit illam dulcedinem ibi diutius commorari ita firmius imprimitur tunc delectatio et diu durat. simile est de humore contristante. Hinc est quoniam caro que ossibus est vicina iocundior em habet iaporem. Omnia enim sunt melancolica. scilicet frigida et sicca. Caro vero in sui natura dulcis est et sanguinea. et ita est ibi ponticitatis et dulcedinis mixtio propter quod maius delectatio. ideo etiam caro cetivina est

iocunda et similiter luvina quoniam coniungitur ponticitas ex complexionem melancolicam et aialis et dulcedo ex parte carnis. econverso est de absinthio et fumo terre quando cum eis associatur amaritudo magis contristat gustum ut aloe vel aliquid simile. Item pontica appetitum excitant et post prandium laxant. cuius ratio est compressio cibario ad inferiora ad instar torcularis. ante prandium vero costringunt quoniam costringunt nervos et opilant meatus et ex substantie grossicie et frigiditatis et siccitatis qualitate. unde et sumpta cibaria retinentur et exire non permittuntur. Item grossicie sua epas et splenem opilant calculi generant colericam et yliacam passionem excitant. obturando sua grossicie intestina fimum ac fimum exire non permittunt spiritalia etiam membra ledunt et gravant quoniam ea exasperant et desiccant. exterius autem apposita vomitus sedant. tumores calidos reprimunt sanguinis fluxum incipiunt atque sistunt. nervos percipiunt. dentes exacerbant.

Capitulum XLIX

De sapore stiptico

Sapor stipticus ex frigiditate et siccitate in mediocri substantia generatur ad cuius perfectionem quatuor conveniunt elementa quadam proportione in equali. nam aqua et terra ibi predominantur. sed non tamen quantum in pontico. ex aqua autem accidit frigiditas et ex terra siccitas generatur. ex frigiditate primitur calor qui repercussus parvam facit ebullitionem. Unde et substantia partim resoluit sed non consumitur. sed ex siccitate aliquantum condensatur et quoniam siccitas non potest omnino desiccare nec omnino consumere remanet substantia mediocri. et ita pars quae sapor stipticus causatur ex frigiditate et siccitate in substantia mediocri. et in hoc differt a pontico qui ex eisdem causis quibus minus remissis in substantia grossa radicat. ideo stipticus sapor sub pontico continetur secundum ysa. qui tamen septem saporum dicit esse diversas. sub pontico stipticum cum comprehendit. Unde secundum ipsum ponticitas est in terra stipticitas. et stipticitas remissa ponticitas. unde non differunt simpliciter secundum species

Liber XIX

sed solū fm maiorē intēsiōē vel minorē
et ideo vterq; conuenit cū alio i effectu.
sed fm maioris et minoris.

Capitulum. L.

De sapore insipido

Sapor nonus dicitur insipidus si
ue sine sapore. et hoc potest dici du-
pliciter scilicet priuatiue et positue.
priuatiue dicitur insipidus cuius sapor sen-
su non potest comprehenditur ut sapor aque qui
gustui non percipitur propter eius maximam si-
militudinem ad organum gustus. quia aqua
est simplex in respectu lingue que qua-
tuor recipit in sua compositione. Positiue
dicitur sapor insipidus qui ultra primum
gradum ad aliquem ulteriores saporē non est
sensu determinatus. ut est albumen oui cuius
substantia est mediocriter et caliditas
vel frigiditas primi gradus distantiam
sensibiliter non excedens. talia insipida
sunt cucurbita. citrulli melones et huiusmodi.
quorum usus plus conuenit medicine quam
diete. partem enim nutriunt. quia saporē non ha-
bent telectabilem et substantiam habent flu-
ibilem. humiditate et frigiditate sua si-
militudinem mitigant. calorem et coleram extin-
guunt. fleuma augmētant et quotidianas
febres generant. et omnes alias fleumati-
cas frigiditas scilicet et humiditas nutriunt vel
prouocant passiones. Sapor itaque insipi-
dus causatur ex frigiditate et humiditate
in substantia mediocri ad cuius completio-
nem sicut et in alijs quatuor conueniunt ele-
menta sed non equali proportione. quia aqua
et aer principaliter. terra secundario pre-
dominat. propter fortiores ergo frigiditatem et
mediocrem siccitatem partes ignee et aeree
resoluntur in aqueas et in terrestres. sed
quia resistit omnium humiditatis non potest
compingi ex siccitate terrea ipsa substan-
tia. Relinquit ergo substantia mediocris
cum omnino frigiditatis et humiditatis que sunt
principia istius saporis qui abusiue sapor
insipidus nominatur. Decem igitur de saporibus
simplicibus quo ad eorum differentias et na-
turas dicta iam sufficiant. que omnia de di-
ctis ysa. constan. gal. et aliorum auctorum me-
dicine breuiter sunt excerpta. Sunt autem
tem quidam compositi saporis sicut et mixti

sunt colores pariter et odores. et hi sapor-
es sunt diuersas compositiones diuersimo-
do operantur. quia alio modo sapiunt in soli-
dis. alio modo in liquidis aliter in sensi-
bilibus et aliter in inanimatis. de quibus
in naturis et proprietatibus rerum et corporum
animatorum et inanimatorum in libris prece-
dentibus est ostensum. De liquoribus ta-
men in quibus fundati sunt saporis aliqui
arbitror hic supplenda que in libris supe-
rioribus casualiter sunt obmissa.

Capitulum. LI

De liquore

Liquor est liquidus humor in pla-
tis et animalium corporibus per dige-
stionem generatus. eliquatur vio-
lencia vel natura de substantia corporis mi-
xti vel expressus. Quilibet autem humor non
vocatur liquor sed solus ille qui artificiali-
ter vel naturaliter liquatur de plantis et re-
bus animatis ut lac et urina de animali-
bus. vinum et oleum de arboribus. mel de
floribus. siccera de fructibus. ceruisia de
granis. orizacta de pomis siluestribus et
granatis. Et inter hos liquores quidam
sunt compositi et quidam simplices nam
compositi dicuntur qui conficiuntur ex di-
uersis qui pariter commiscentur. Simpli-
ces vero sunt qui ita permanent sine com-
mixture aliqua prout a suis subiectis
primitus produciuntur. nullus tamen liquor est
simplex absolute propter solam aquam que
simplex dicitur prout in elementari prima
net puritate. Alii autem liquores omnes fi-
cut et humores ex quatuor elementis con-
stituuntur. simplices tamen dicuntur qui cum
alijs non miscentur. Simples etiam di-
cuntur in quibus simplices elementorum
qualitates ex prima compositione domi-
nant. et que a terrestri seculentia naturali-
ter vel accidentaliter plus colantur. Secundum
autem varias commixiones liquorum et qua-
litate elementarium predominantem com-
plexiones varios sortiuntur odores pa-
riter et saporis. Nam illi liquores in quibus
predominat calidum cum humido sunt
dulciores. in quibus autem calidum cum
siccum sunt acutiores. in quibus vero pre-
existit frigidum cum siccum sunt acetosiores

et stipticiores. sed in quibus frigidum cum humido sunt gustui insipidiores. ut patet in ptisana et hmoi. Quidam autem liquores de quibusdam arboribus incisis corticibus per attractionem caloris solaris sponte egrediuntur ut balsamus et terebintina lacrima. que calore prius mundatur et in mirre substantiam indurant. Quidam vero de fructibus arborum per exsensionem colliguntur ut vinum oleum ficera et huiusmodi. Quidam vero per exsensionem ignis liquidiores partes quosdam lignorum in extremitatibus educetes magno artificio acquiruntur ut colophoniam. pix liquida oleum iuniperi et similia. Quidam autem ex herbis succis exprimitur ut opium aloes et hmoi. qui postea calore ignis vel solis deficcantur. Et quidam ex rore celi extrema florum profundentes et se circa eorum superficiem inuiscentes apum ministerio colliguntur ut mel. Et quidam ex venis terre hauriuntur ut aqua salinativa. nitrosa aluminosa et hmoi. de quibus arte vel natura fit sal niterium alumen et hmoi. De his omnibus liquorum differentiis proprietatibus et causis sufficienter dictum est supra in li. xvij. de herbis et arboribus et earum succis. et li. xvi. de venis terre. et libro. viij. de passionibus aeris ubi tangitur de natura manne et mellis que dicuntur de aere generari. De melle tamen aliqua sunt hic dicenda. et de lacte sero et butyro que de animalibus venibus emunguntur. de quibus superius est omisium.

Capitulum. LII.

De liquore specialiter primo de melle. Et ut dicit Thidoro libro. xx. dicitur a mellisse grece id est apibus latine. Si enim apes vocantur. nam apum solertia mirando nature artificio parantur mella que primitus de rore aeris sunt creata et in arundinum folijs adinuenta. Unde et virgilius. Protinus aerei mellis celestia dona. Unde adhuc in india et in arabia inveniuntur in similitudinem salis tamis et folijs dependente. ut dicit idem. Est autem omne mel generaliter dulce. Sardum tamen est amarum absinthij causa cuius copia illius re-

gionis aperule nutriuntur. Dicunt autem medici qui de rerum tractant naturis precipue Gal. quod mel pueris et iuuenibus et perfectis vitis in quibus abundat calor aibus est inutilis et nociuus. senibus autem qui parua vita laborant et frigore dicitur cum vino veteri et cibis calidis conuenire. Hucusque Thidoro libro. xx. cap. i. Est itaque mel liquor dulcissimus a materia purissima arte medicinali generatur. cui tamen et ex calore apis mellis substantiam componit. et admixtione alicuius calidi se cum mellis substantia admiscens acumen cum dulcedine est admixtum. Unde et mellis dulcedo ceteris est magis calida sed minus humida ut dicit ysaac. Mel igitur cum sit habens multum caloris et aereitatis et minus terreitatis et aqueitatis propter siccitatem tam terre quam ignis. multum habens siccitatis et acuminis et minus frigiditatis et humoris. et ideo iudicatur mel calidum et siccum in fine secundi gradus. Tamen quod substantia eius est vicina temperamento et mediocritati. multum est multiplicatum. lauatium et subtiliatium. et suo calore grossorum humorum in corpore incisuum et humorum putridorum expulsuum. Quia enim mel calidum acumini est propinquum et ideo intestinorum est pungituum et ad feces expellendas commotuum. Item talis dulcedo sicut mellis multum est habens acuminis et caloris. non tamen operat meatum splenis et epatis. sicut et illa in quibus pura dulcedo inuenitur ut dicit ysaac cap. de quatuor differentiis dulcedinis et saporis. Est itaque mel ratione equalitatis et temperamenti multum nature conueniens et amicum. sui ad membra multum assimilatum. peditorum restitutum. rebilium membrorum confortatum. sua grossicie nociuorum fluxuum interceptuum. et latitudinis pororum restrictuum. nature bene tempore custodituum. et humorum paratorum ad fluxum nimium cohibituum. nihilominus est mel nociuorum humorum laxatum. nam contrarias habet qualitates in effectu. et sine contrarias materie dispositiones in quas agit. nam nimis laesas reprimat et

Liber XIX

constipat. nimis duras diuidit et relaxat. vt dicit ysa. Est autem mel conseruatiuum. mundificatiuum. amaritudinis temperatiuum. et ideo ponitur in medicinis ad conseruandū et ad mundificandum. et ad amaritudinem specierum temperandum. vt dicitur in anitodatio nicolai. Tamen mel crudum non multum bene respumatū valde est ventosum et in flatium. rugitus in ventre generatiuum in malos humores facilius conuersiui. splenis et epatis viscositate sua opilatiuum. colete inflamatiuum. et febris diurne inductiuum. ypodriozum extensiuum. yliacis et colicis nociuum. Mel igitur dicit Constan. et ysa. in dieb. diuersas habet actiones. quia in quibusdam salubre est et sanitatis custoditiuum. quibusdam vero stipticum est et morborū generatiuum. et est veneni oculcatiuius. quāto magis rufum tanto magis est calidum et acutum et humorum magis incisiuum penetratiuius et colatiuius quāto magis est album minus est calidum et acuti et tanto melius quanto dulcius purius et odorabilius inuenitur.

Capitulum. LIII.

De fauo

Fauus a fouendo est dictus. nam fauus dicitur mel mixtum cum cera. infra enim cellulas de cera miro artificio compositas apes mel recolligunt. et eius liquoris substantiam in tus fouent et sic dicitur fauus quasi fouus siue fouens eo quod mel foueat et contineat intra se. Mel fauus a fauore est dictus. nam valde fauorabilis gustui est et delectabilis ad edendum. Unde sicut Plin. libro. xx. Fauus a fagin grece dicitur. quia magis comeditur quam bibitur. fagin enim grece est comedere latine. Quidam tamen vocant mel fauum a cera aliqua tum et optime repuratum in quo summa dulcedinem gustus experitur. Fauus melis petit et requirit maxime animal quod ab amore mellis melota dicitur. vnde a melle melus vel melota est dictus. vt dicit hugui. Similiter versus super omnia mel diligit et pro fauis extrahendis non

sine sui discrimine in artores altas seant dicit. Aliquotiens autem inter fauos vt dicit Apresso. libro. viij. in profundo aluearis generatur quidam vermes parui sicut aranee. et quando crescunt faciunt texturam circa fauos et dominatur super totum aluear et ideo putrescit mel etc. Item ibidem. bonum est mel quod extrahitur de noua cera. nam mel quod diu manet in cera antiqua fit rubeum. et corruptio illius mellis est sicut corruptio vini in vitibus. et propter hoc debet extrahi. et est mel bonum quando est simile auro. vt dicit idem. Item dicit idem quod apes sedent super aluearia et sugunt quod est superfluum in fauis. et dicitur quod si non facerent hoc. corrumpereetur illud quod est in fauis et generaretur aranea et sedent super fauos et solcite custodiunt ne illa aranea inualeat. et si inuenerint eam fit eis cibus. aliter autem omnes morerentur.

Capitulum. LIIII.

De mulso

Mulsum est potio vel poculum ex aqua vel vino et melle comixtum quod greci mellicatum vocant sicut et ydromel quod ex melle et succo macianorum est comixtum sicut et rodomel dicitur eo quod succo rose mel miscetur.

Capitulum. LV.

De medone

Medo vel medus quasi melus dicitur. Et est potus confectus ex melle et aqua. optime defecatus et decoctus. qui si crudus fuerit et mel minus bene respumatatum inflationem generat in ventre et rugitus ac durissimas torsiones. et quia defacili resoluitur in fumos caput petit et diuersas ei ingerit passiones. Bene vero decoctus et defecatus gustum delectat. vocem clarificat. arterias gutturis et cannales pulmōis mundificat. cor letificat et confortat. corpus nutrit et impinguat. epaticis tamen et splenicis et calculosis minus competit. quia meatus stringit et opilat. quan

vos enim cum mirto et alijs herbis aromaticis condit ut sanior reddat et odoratioz et diuturnius custodiat.

Capitulum. LVI

De clareto

Claretum ex vino et melle et speciebus aromaticis est confectum. Nam species aromaticae in subtilissimum puluerem conteruntur et in sacco lineo vel mundo cum melle vel zucca reponuntur. vino autem optimo species perfunduntur et reperfunduntur. quemadmodum fit liquoria. et tam diu renouatur perfusio donec virtus specierum vino incorporatur et optime clarificetur. unde a vino contrahit fortitudinem et acumen. a speciebus autem retinet aromaticitatem et odorem. sed a melle dulcedinem mutat et saporem.

Capitulum. LVII.

De pigmento

Pigmentum ut dicit hugui. dicitur quasi pilis mentum quod scilicet in pila est contusum nam in pila species aromaticae aguntur ex quibus arte pigmentaria quedam delicata pocula et electuaria conficiuntur. unde et pigmentarii dicitur qui species vendit. conterunt conficiunt et componunt.

Capitulum. LVIII.

De orimelle

Orimel dicitur acidum mel. eo quod ex aceto et melle eius materia conficiatur. Nam primo acetum cum herbis necessarijs et radicibus diureticis diu decoquitur. colato aceto mel purum et optime defecatum additur. et ad lentum ignem usque ad spissitudinem iterum decoquitur et bullitur ac reputatur cum albumine oui cum aceto distempato et in orimelle parum decocto. nam omnes immundicias mellis et herbarum ad se attrahit albumen oui et supernatando usque ad orimellis superficiem secum ducit. quas immundicias cum penna pigmentarii seu medicus caute remouet et reponit et sic orimel in pixide munda repo-

nitur. Datur autem cum aqua calida ad materiam compacte digestionem mollificationem. diuisionem. mundificationem. pororum apertionem. et opilationum dissolutionem. posset enim medicina defacili inducere periculum si non prepararetur ad facilem eductionem et cum orimelle non preceperet digestionem. Ad simili arte et ad consimiles usus de aqua et zucca cum diuersis speciebus fit syrupus nunc violaceus et laxatiuus nunc roseus et constipatiuus. nunc simplex. nunc compositus.

Capitulum. LIX

De cera

Cera est fer mellis intra cuius substantiam liquor melleus ab apibus est collectus. Corripit autem ipsum mel. ut dicit Arest. libro. iij. quando nimis diu cum cere fecibus admiscetur. et ideo qui vult mel in sua puritate reseruare debet ipsum tempestiue a cere substantia separare. Habet autem hoc cera proprium quod inter omnium liquorum feces supernatatur et cum calefcit ad fundum non descendit sed potius querens superficiem sursum tendit. et hoc faciunt partes ignee et aeree que in eius substantia dominantur. unde cera in aqua calida resoluta deorsum premit aquam et per eius superficiem se diffundit. nam multum habet aeree leuitatis ratione cuius sic ascendit. Cera autem quanto est recentior tanto est odoratioz. ductilioz. purior. et ad diuersarum impressionem et figurarum susceptionem aptior et tam fortissime suscepta quam scripturae in ea impressae est durabilior. et talis cera virginea appellatur. Est insuper cera multis vsibus necessaria atque apta. valet enim in medicinis in confectioibus varijs et vnguentis. Nam virtutem habet calefactiuam resolutiuam. apertiuam. maturatiuam. attractiuam. euaporatiuam et consumptiuam. valet etiam ad luminis nutrimentum. et ideo cera seruit in templis et aris et in mensis tomioz. Unde a cera vel a cereis dicuntur cerimonie. quia in templorum cerimonijs

Liber XIX

cerei offererantur et adhuc offerantur. vt dicit **Hugui.** vnde qui seruiunt de cā delis cereis in ecclesia dicuntur cerofetarij. sicut qui seruiunt in regum ꝛ pontificum aulis primicerij nominantur. vt dicit idem. **Sigillis** etiam cereis litere muniuntur et signantur ac secreta occultantur. priuilegia confirmantur. **Tabule** cera simplici vel colorata replentur et ornantur in quibus variarum literarum characteres stili officio vel inscribuntur vel etiam complanantur. **Annis** quoque literis ad vsus varios incerantur. **Libros** etiam inuolutos tutos reddit ne aqua vel pluuia perfundantur. nam cera quandam habet vinctuositatē per quam humida fugat. et per pannorum poros stillicidia penetrare non permittit. in calore liquefcit et deficit. frigore vero indurascit. humidis et humefactis cedit. sic cis vero et asperis inhxrescit. et ideo humectantur sigilla ne adhxreat cera illorum literis et figuris.

Capitulum. LX

De cereo
Cereus per deriuationem a cera qua formatur est nominatus. vt dicit **Isidorus** libro. xx. de quo quidam ait sic. hic cera nocturnos prestato cereus ignes. **Subducta** luce altera sum tibi lux ꝛc. Nam ad hoc est vsus ceorum vt ex eorum lumine ea que sunt in tenebris appareant ꝛ lucefcant in celo. **In** cereo autem tria attenduntur scilicet materia vsus ꝛ dispositio siue forma. **Materia** vero triplex est. nam pro materia habet licium siue lignum. vt dicit **Isido.** ipsam ceram atque ignem. **Lignum** qui et licium dicitur filum est stuprum ꝛ totius cerei substramentum. cera que circumuoluitur est luminis nutrimentum. **Ignis** qui superponitur siue superaccenditur vtriusque est finis et complementum. nam agens in licium mediante cera conuertitur vtriusque in suam similitudinem. vnde et in dispari natura mirabilem inter se habent aptissimam vniōē. **Forma** et dispositio eius pyramidalis a lato incipiens et circūferentialiter con-

uertens. **Vsus** eius est vt illuminationis gratia candelabro affigatur vel clientulorum vel cerofetariorum manibus ante dominos deferatur.

Capitulum. LXI

De lacte
Lactis liquor est dulcis ꝛ candidus in mammillis per actionem caloris ex sanguine generatus. **Vel** vt dicit **Aresio** libro. xvij. Lac est sanguis decoctus digestus non corruptus. **Quando** enim fetus propter magnitudinem non potest nutrirī per umbilicum preparatur ei lac a natura ex sanguine mestruo repulso ad mammillas vbi digeritur et decoquitur. et ex albedine glandularum mammillarum in candoris speciem transmutatur. vt dicit **Constantinus** libro. x. Eadem est enim materia menstrui sanguinis atque lactis. et ideo natura creat lac propter cibū nati quo cibatur extrahitur. non ergo debet esse lac ante tempus partus nec post multum nisi accidat contra naturam. **In** illo enim tempore completur lactis digestio in animalibus que habent tempus vnicum staturum ad pariendum sed in mulieribus diuersificatur. et propter hoc debet esse bonum lac necessario post sex menses. et est lac dulce quando est bene digestum et fuit necessarium propter cibum animalis que est dulcis. cibus enim omnium animalium non est nisi dulce et valde digestum vt dicit idem ibidem libro. xvij. **Item** dicit **Aresio** libro. vi. Animalia ouantia non habent lac neque mammillas. et in omni lacte est aquositas tenuis ꝛ pars grossa que caseus dicitur. et lac quanto est spissius tanto caseus. et lac animalium catentium ventibus superius coagulantur. lac vero animalis habetis dentes in vtraque madibula non neque eius sepum et lac huiusmodi animalis est dulce ꝛ tenuē vt lac cameli ꝛ eque ꝛ post asine. **Item** idem ibidem. **In** quibusdam regionibus non expectatur capratum impregnatio sed accipitur vrtica et cum ea fricat mammilla et eribit primo sanguis. deinde quasi sanies. et post lac bonum non peius la-

cte impregnatarum et nullum lac est in
mammillis marium generaliter quous
aliquando accidere videatur aliter. Que
dam autem herbe habent humorē lacte
um vt titimallus. et quedam arbores vt
ficus. cuius lacte vt ibi dicit Aresto. lac
animalium coagulatum est. Et lac canū
spissius est omnium animalium preter
leporum et porcorum. Est autem maxime
spissum in partu sed post subriat. vt di
cit Aresto. libro. vi. in fine. Quacā ante
partum non habet lac. sed post tonum ha
bet. sed cum primo coagulatur fit quasi
lapis. et hoc accidit quando cum aqua cō
miscetur. vt dicit idem ibidem. Itē idē
libro. ix. Quando puer nutritur lacte ca
lido tentes eius citius oriuntur. post par
tum autem et mundificationē lac mulie
ris multiplicat. et quedam mulieres ha
bent solum lac in cono mammillarū. et que
dam in alijs partibz ipsarum et quando
lac non bene digeritur coagulatur et mā
mille indurescunt quoniā tota māmilla
est valde mollis et si supuenerit aliquis
pilus accidit magna infirmitas et dice
tur pilosa et non cessabit dolor quousqz ex
eat pilus cum lacte. aut quousqz putre
fiat et creat. et dum lac exire nō inuenitur
generaliter menstruum. Quedam vero
lactantes menstruant cum fuerit earū
sanguis humidus. et quando pueri lactā
tur sanguine grosso et multo accidit eis
spasmus et si fuerit lactans corporis fer
tilis tunc nocet multitudo lactis et mu
lier nigra nutritibilis et melius habet lac
qz alba. vt dicitur idem. Consimiles p
rietates lactis et multas alias recitat
ysa. in dieb. vbi sic dicitur. Lac inquit ge
neraliter diuiditur tripliciter. aut enim
est dulce exiens nouiter a māmillis aut
est acidum siue acre iam diu mulsus. aut
est inter vtrūqz mediocre. Pulce autem
est magis sapidum vicinum sanguini et
amicum in ipsum defacili cōuertuum. et
ideo laudabile est ipse nutrimentum.
Est autem compositum ex tribus substā
tijs in virtute et actione varijs et diuer
sis vna subtiliatua et mundificatiua. al
tera vero grossa et opilatua. tertia ē mol
lificatiua et extenuatiua. nam substātia

aquosa et serosa acuta est et subtiliatua.
grossa et caseosa. frigida est et grossa et ido
opilatiua. butirosa vero est vinctuosa et
mollificatiua. vnde lac cum sua substan
tia aquosa et acuta est grossoz humorum
in casuum et subtiliatuum viscerū lauatiuum
intestinoz mordificatiuum. ventris soluti
uum et fecis defacili expulsiuum. corrupto
rum humorū interius in corpore et exteri
absterfuiuum. venarū penetratiuum opilatio
num splenis et epatis aptiui. et maxime
si fuerit ex animalibz calide complexio
nis vt ex camelis et tale lac est ydropico
rum iuuatiuum. vt dicit idem. et sequitur.
Lac itaqz laudabile et suis tribz substan
tijs tpatum. sua aquositate est mebrozū
mundificatiuum sua butirositate est vene
nis repugnatiuum. et membroz humectati
uum. sua caseitate abariorū ex orificio
stomachi ad fundū depressiuum. Est et alia
laus lactis. quia si tpatē et oportuno tpe
mundato prius corpore accipiatur corpo
ris est laudabiliter nutritiui. et siue sub
stantie sanguini assimilatiui. Si autē a
corpore nō mūdato vel tpe nō cōgruo acci
piatur i malos humores quos inuenit
est cōuertiuū. et ipsoz augmentatiui. in
fumos calidos resoluit et sic erit doloris
capitis causatiui. et si febris materiam
inuenit et rit caloris febrilis inflamatū
uum. vel si calorem naturalem inuenit
debilem defacili acescit et fiet in stomacho
acetosus. nam quādo est humor nimius
et puus calor acetositas vel putredo fleu
matis generat. et ideo lac nō est frequen
ter sumendū nisi corpore existente tpatō
et stomacho inanito. nam si corpus a pu
tridis humoribz et colericis fuerit vacuū
et repuratū si lac bene digestū fuerit mē
tum et tonum pbebit corpori nutrimentū
laudabile generabit sanguinez. carnem
augmentabit. humectabit corpus et ex
terius in superficie faciet tenerū atqz pul
crum. vt dicit idem. Item dicit idem.
Rursus lac inquit bilentes ieiunos esse
conuenit et calidum esse quando vberibz
est vicinum nec est aliquid comedendū
quousqz lacus substantia digerat. oport
et etiaz vt labor et motus nimius cauea
tur quousqz descendens ad decoctionis

Liber XIX

locum digeratur. quia ex inordinato motu et calore nimio subito generato eius vinctuositas in summi nociuū resolueret et grossiori parte remanente indigesta multiplex corruptio generaret. vt dicit idem. **E**lectū autē lac vt dicit delect habere quatuor qualitates. colorem. odorem liquorem. et saporem. Colorem albissimum clarum a citrinitate et rubore et liuiditate maxime alienū. Odorem gratum ab horrore et grauitate remotum. Liquorem inter subtilem et grossum mediū cuius mediocritatis signum est si gutta super vnguē posita remanet cōtinua et non liquefcit. cuius guttule forma infer est lata et superius est acuta. Saporem habet acceptabilem quādo nec amaritudine nec faldedine nec acedine est admixtū. Inter omnes autem istas differentias lactis femineū magis creditur esse tpatum. quia omne lac naturam et cōplexionem animalis cuius est naturaliter imitatur. et ideo quia humana cōplexio maxime est tptata. ideo et muliebze lac maxime est tptatum propter qd maxime ē nutritiuū humectatiuū et aspitatis angulorum oculi potissime mitigatiuū. Et qd quid de bonitate lactis supra dictū est totum cōcurrit in hoc lacte.

Capitulum LXII

De lacte camelino

Lactis camelini ex animalis calida complexionē. ceteris est magis calidum et plus subtile et minime vinctuosum et minime nutritiuū. diureticum et opilationem apertiuum et ideo ydropicorum ex opilatione ē potissime inuatiuum. Nam camelus nature est calidissime propter quod calor dominans sanguinis attrahit vinctuositatem. et ideo sanguis remanet sine vinctuositate. Cum igitur lac nihil aliud sit qd sanguis secundo decoctus. sapor sanguinis cameli salis est et acutus. et ideo humoris est incisiuus subtiliatiuus et grossifici attenuatiuus. Quere supra de camelo in tractatu de animalibz.

De lacte vaccino

Capitulum LXIII

Lactis vaccini lacti camelino est oppositum. Nam vacca nō habet tantū caloris vt sanguis attrahat vinctuositatem. et ideo eius lac fit valde vinctuosum. et maxime nutritiuū. plus enim nutrit lac vaccinum qd pecorinum qd pecorinum sit magis calidū qd vacuum. Cuius ratio est vt dicit idem quod cum lac vaccinum nō tantū habeat caloris quantū pecorinū parua vinctuositas sibi sufficit et tota illa remanet in lacte et eruperat caseitatem. et ideo magis nutrit quia substantia vinctuositatis nutritibilior est qd caseata. quia calidior et humidior et calori sanguinis viciniore. faciliore in sanguinis mutationem. et illa vt dicunt antiqui melius et citius nutriunt qd citius et facilius in sanguinem cōmutantur. vt dicitur ibidem. lac tamen pingue melius nutrit qd ipsa pinguedo que calidior est quia substantia lactis habet aquositate liquidam subtiliorem interiora corporis penetrantē. Sed sola pinguedo aereitate sua supernat et prope humiditatis sue substantialis grossicies cito coagulat et indurat. et ideo lac vaccinum sua aquositate ad interiora penetrat. sua vinctuositate calorem naturalem colorat. caseitatis sue paucitate naturā non multum aggrauat. sed prius adiuuat et sustentat. vt dicit idem. Alio ergo modo est lacte vtendum ad nutriendum quia tunc tribus eius substantijs pariter est vtendum. Alio modo ad mundificandum et calorem mitigandū quia tunc sepositatis liquamen est a butirositate sequestrandū. Alio modo ad calefaciendū et humectandū et tunc butiri vinctuositate est vtendū. Lactis enī vsus consideratur fm subtilitatem et grossiciem et mediocritatem. vt dicit idem. Subtilitas autem attendit in substantia et in actione. In substantia illud est melius quod cōplexioni humane vicinius est vt lac femineū quod tanto est vtilius quanto māmille est vicinius. efficacius est enim contra venena. contra renem et vesice mala. contra pulmonis vulnera si mulsum

aerem nō tangat ⁊ eius virtutem aeris
qualitas nō immutet. Subtilitas vero
in actione quādo eius butirositas cū ca
seata sepatatur ⁊ aquositas tunc cum acu
mine auget vt patet in camelino qz mi
nime nutrit. calore tamē suo ⁊ subtili li
quore ydropicis subuenit ⁊ succurrit. lac
vero grossissimū est vaccinū ⁊ minus ce
teris liquidū ⁊ aquosum minus acutum
et magis butirosū. Unde bene nutrit.
stomacho cōuenit. membra confortat. ca
lozem epatis ⁊ stomachi refrigerat cor
pus impinguat ⁊ augmētat. vulnera in
testinoꝝ ⁊ matricū sanat. Est autē tanto
melius ⁊ salubrius si lapidibꝝ fluuialibꝝ
bus accensis ⁊ intus extinctus tota aquo
sitas pro parte maxima cōsumat.

Capitulū. LXIII

De lacte caprino

Lac caprinum inter p̄dictas dif
ferentias tenet medium quia in
suis tribus substantijs post femi
neum esse dicit potissime tpatum. ⁊ ideo
contra pulmonis vulnera ⁊ renum ac ve
sice vicia cū zucara multū confert. Eius
serum a caseo ⁊ butiro separatū maxime
est colatiū mūdificatiū ⁊ colere rep̄si
uum. Lac autem caprinū per se multum
bibitum in stomacho defacili coagulatur
ideo ne noceat cū modico mellis et salis
gemme tpetur ⁊ nunq̄s coagulabit. et si
incepit coagulari in stomacho dissoluet
Et quia capre pascunt siccas ⁊ ramozum
extremitatibꝝ earū lac minus est aquo
sum ⁊ magis stipticū ⁊ stomacho cōgruū
Nam lac ex pascuis diuersificatur. Nam
que pascuntur teneris ⁊ recentibus her
bis lac faciunt aquosum ⁊ subtile qd̄ sto
macho est nociuum. Que vero herbis la
tatiuis. lac faciunt mordificatiuum et
neruozum pungitiuum et est nociuum ⁊
laxatiuum.

Capitulum. LXV.

De lacte pecorino

Lac pecorinum magis est calidus
et siccum q̄s vaccinum minus ha
bens butirositatis ⁊ plus caseita
tis. et ideo minus nutrit nec corpori ita

conuenit vt vaccinum. Monstrat autē hoc
ex grauitate sui odoris. Nam vt dicit Gal.
lac pecorinum in odore est grauius q̄s vac
cinum. et ideo magis flegmaticum. ma
gis autem nutrit q̄s caprinum sed min⁹
q̄s vaccinum. Unde minus est tempatū
q̄s caprinum.

Capitulū. LXVI.

De lacte asinino

Lac asininum est tempatum ⁊ nu
tritiuum resumptiuum ventris
tamen solutiuum ⁊ neruozum re
mollitiuum ⁊ membrorum siccitate ⁊ cal
loze induratorum humectatiuum. pecto
ris iuuatiuum ⁊ tussis ⁊ anhelitus diffi
cilis mitigatiuum. vulnerum renum et
vesice curatiuum.

Capitulū. LXVII.

De lacte caballino

Lac caballinum vicuitatem ha
bet ad camelinum in subtilitate
et acumine ē calore. in apstema
tibus matricum ⁊ iuuatiū. apertiuū et
menstrualis fluxus prouocatiū. si cau
sa menstruoꝝ calida sit ⁊ sicca. quā p̄prie
ta tem habet illud lac ab omni lacte alio
separatam. vt dicit ysa.

Capitulū LXVIII

De lacte porcino

Lac porcinum s̄m ysa. est subtile
et aquosum quia ex sua frigidi
tate incoctum remanet ⁊ indige
stum. et ideo si s̄m medicinas accipiatur
paruum aut nullum confert iuuamentū
sed si s̄m cibum cum succo ordei sit coctū
bonum generat humidum nutrimentū.
vt dicit idem.

Capitulum. LXIX

De lacte animalium

Lac animalium partū valde vi
cinorum est subtile ⁊ aquosum.
quia aquei humores adunātur
in animalibus tempore partus quia os
matricis clauditur ⁊ lac aquosis humo
ribus cōmiscet. ⁊ ideo eo tpe est nociū
vomitus ⁊ fastidij p̄uocatiū asperitatis

remollitium et villos stomachi lubricati-
uum. ventris laciatium. duri ad digeren-
dum. et stiptici et in stomacho coagulati-
uum et pessimum infirmitatum genera-
tium. et ex fumo ascendente cerebri percussio-
num. et doloris capitis causatiuum. fero-
ris ventium et anhelitus inductiuus. Unde
si lac fuerit corruptum vel plus debito as-
sumptum vel alio modo vel tpe q̄ expedit
sit acceptum multarum infirmitatum est ge-
neratiuum malorum humorum et lumbricorum
est nutritiuum. tonorum humorum est corru-
ptiuum. arenarum in vesica et in renibus adu-
natiuum et putrefactiuum. caloris naturalis
debilitatiuum et innaturalis caloris ac fe-
brilis inflammatiuum gingivarum et ventium
infectiuum pustularum pessimarum et scabiei
in paruulis causatiuum rugitus et ventosi-
tatis excitatiuum opilatiuum renis et epa-
tis effectiuum. stomachi grauatiuum et lu-
bricitate sua cibariorum ante digestionem
expulsiuum. et sic henterie inductiuum.
has et multas alii inducit lactis corruptio
passiones. s; hęc de lacte bono et malo nunc
dicta sufficiant.

Capitulum LXX.

De sero

Serum elactis pars aquosa a la-
ctis alia parte per coagulum se-
questrata. nam coagulus partes
butirofas et caseosas simul ungit et ab eis
quod liquidum est et aquosum diuidit et
discernit. Quis effectus superius reci-
tantur. habet enim virtutes putredinis
lauatiuam. nam intestina lauat et vulne-
ra intestinorum de sanie mundificat pectus
purificat sitim sedat acumen colere ru-
bee mitigat. scabiem et impetiginem m-
dat. splen et epas topilat. Quere supra
in primo fm ysa.

Capitulum LXXI

De butiro

Butirum a buendo id est pfundē
to est dictum. vt dicit hug. sua est
vinctuositate et humiditate ha-
bet imbueret et pfundere corpora q̄ cōtingit
Nā butirum est flos lactis multum habens
caliditatis et humiditatis cum dñio aerei

tatis. ratione cuius habet multum vinctuosi-
tatis. Est enim butirosa substantia natura-
liter calida et humida viscosa et vinctuo-
sa humane complexionem vicina vt dicit
ysaac. vñ sepe comestum stomachi est hu-
mecrium ventris solutiuum maxime si re-
cens fuerit. et ideo antiqui. vt dicit idem
assimilauerunt butirum oleo mixto pingue-
dini. dicentes q̄ si quis accepit valet scie-
atui de pectore et de pulmone maxie si ibi
fuerit apostema. quia pprie est maturati-
uum et humorum dissolutiuum et supfluorum
pectoris mundificatiuum maxime si cum mel-
le vel zucara comedat. Sed tunc minus
est maturatiuum et excreationis ampli-
uatiuum. vt di. idem subdes ibidē. Butirum
repugnat venenis. mēbra h̄siccitat. aspe-
ritatem oculorum eius lotura mollificat et
emundat apostema dissoluit et maturat.
Vulnera pulmonis gutturis et pectoris
mire sanat. renem et intestinorum moriuras
mitigat. neruos induratos et contractos
seu spasmatos mollificat atq; laxat. vt
dicit idem. Dicit autē auicē. q̄ extra vene-
na interiori sumpta singulare pfidum est
si intoricatus butirum in lacte calido re-
solutum bibat in magna quantitate. nam
vinctuositate sua opilat meatum ne ad cor
ascendat subito vis veneni. Preterea ve-
nositate totam ad se trahit et ipsam inui-
scat. per vomitum euacuat de corpore et edu-
cit. vt dicit idem. Fit autē sic. flos lactis
siue supenatās pinguedo recolligitur in va-
se mundo et cum quodam lato ligno rotun-
do et pforato diuissime percutitur per violen-
tiam et mouetur. ex quo motu calor natu-
ralis in substantia lactis excitatus et con-
fortatus totam vinctuositatem in simul re-
colligit. que sua leuitate superficiem perit
serosa vero aquositas cum partibus casea-
tis inferiori descendit et butirose substan-
tie tanq̄ nobiliori cedens fundum perit et
illa butirosa substantia que enatat in sup-
ficie recolligitur et ad vsus varios et ne-
cessarios in vase mundissimo reseruatur.
quod quanto recentius tanto est saporo-
sius. et gustui delectabilius inuenitur. Est
autē in principio molle et liquidum sed
paulatim calore naturali contra humi-
das partes inualefcere et eas consumere me-

diocriter indurescit. Unde tene et misde
reficit et nutrit et pulmenta loco sagimi/
nis vel olei tene condit. Salis autem aliqua
tulū vt melius cōseruet et vt ei⁹ potentia
lis humiditas siccitate salis tpe⁹. insup
vt eius saporositas augmētet. Nam gu/
stui in sapore est magis gratū qm medio/
criter est salitū. Quando autem nimis anti
quas eius sapor cum odore diminuit et in
grauē odorē et saporē gustui horribilē trā/
mutatur. et tunc nō valet ad cibaria con/
dienda. Valet tamē ad vana medicami
na et vnguenta. quia sepe accidit id quod
nō conuenit gule. congruit tamē nihilo/
minus medicine alicui.

Capitulū. LXXII

De caseo

Caseus vt dicit *Ph. li. xx. a* carens
est dictus. eo qd tādū in vase
omittitur quousq; sero careat et a
lactis aquosa substantia separet. Unde
dicit caseus quasi carens. eo qd qñq; est
siccus humore carens seu liquore. vt di/
cit idem. *Sm. Aug.* vero caseus a cadēdo
est dictus eo qd defacili cadit et labit in/
ter digitos facientis. Est autē caseus fer
lactis. nam vt dicit *ysa.* Caseata substan
tia lactis frigida est et grossa et ad digerē
dum dura. tarde enī descendit de stoma/
cho et magis attinet sript. citati qm solutō
ni. et est grauis stomacho et epati renibus
et spleni maxime si illa loca fuerint opi
lationibus pparata et calculos in renib;
generat. et ideo propter ista mala accidē/
tia dicit cōstantē. qd omnis caseus vniuer
saliter est malus. tamē caseus qui lacti
est vicinus minus est nociuus. Unde di
stinguit *ysa.* inter recentē veterem et me/
diocrem. Recens caseus quia adhuc re/
cens est nō malos generat humores. qz
adhuc retinet ptem dulcedinis et aquosi
tatis ipsius lactis. et ideo ad digerendū
est facilior et ad nutriendū laudabilior. et
ventris solubilior. et maxime si nō fuerit
salitus. quia salsedo sibi saporē aufert
et dulcedinem. nam nimis salis nimis
est deficcatiuus et stomacho est nociuus.
carens omni sale magis est nutriti uus et
corporis humectatiuus et magis carnis

augmētatiuus. stomacho tamen est noci
uus et defacili in fumositates resolutiu⁹
si stomachus fuerit calidus. Si vero fue
rit frigidus in acetositate est defacili cō/
uerfius mediocriter ergo salis melius
digerit et minus stomacho est nociuus. si
ne sale enim defacili est acetosus. minus
vero salis stomachi fit morfius et san/
guinis incensiuus.

Capitulū LXXIII

De veteri caseo

Vetus autem caseus est acutus et
valde siccus ad nutriendum gros
sus et ad ereundum de stomacho
nimis durus. quia si lactis aquositas est
acuta. acumen tamen et siccitas coaguli
ei dominatur. Unde et subtilitatem erit
et ideo superfuitas corporis nō ita inde
subtiliatur sicut alijs subtiliantib;. An/
te duobus modis nocet corpori. qz eius
corruptio et grossicies nutrimenti super/
fluitatem ingrossat et corrupit stomacho
nocet quia p acumen coaguli repugnat
omnibus aliunde iuuatibus et in nutri
mentum peius ipsa iuuantia traducuntur.
Unde si in corpore inuenerit grossos
humores in renibus et in vesica lapides
parit. grossos enim humores calidos et
intensos coadunat et compingit. Ester/
go vitandus ita vetus. nullum enim con
fert iuuamen neq; nutrimentū nec obe/
dit digestionem nec bonus generat sangui
nem nec ventrem humectat nec yrinam
prouocat. Sed inuentam humiditatem
constringit et deficcatur. Omnis itaq; case⁹
vetus durus siccus et spongiosus pre sic/
citate et porosus ad rumpendum facilis
nihil habens vinctuositatis et humidi
tatis corpori est nociuus. Vinus autem
est malus vinctuosus caseus et confertus
qm oculatus et porosus. nam cōsertio sub
stantie est signum humoris et vinctuosita
tis. Qui autem porosus est minus est
malus quando est recens qm cum nimis
est vetus. quia vt dicit *dyasc.* Caseus re
cens humectat ventrem. vetus stringit.
maxime elixatus vel si ab aqua abstract⁹
affetur et maxime si ante prandium assu
matur. meatū enī stomachi sua grossicie

